

**De Dedicatione Ecclesie Sermo primus**

**A**pprehendam te et ducam in domum matris mee **Can. viii**  
Verba ista possunt esse sponsi ihesu christi ad fidelem ani-  
mam quam apprehendit sibi eam reconciliando et ducit eam  
per semitas iusticie in domum matris sue scilicet ecclesie. Unde descri-  
bitur hic quomodo sponsus amicam suam liberat a peccati seruitute.  
ibi Apprehendam te scilicet de seruitute peccati **ysaie xlv**. Ego dominus  
vocaui te in iusticia et apprehendi manum tuam et seruaui te Dedu-  
xit in perfectus virtute ibi ducam **Gene. xxxi**. Laban cum audisset  
venisse Jacob filium sororis sue occurrit obviam ei complexusque eum  
in oscula ruens duxit in domum suam. Laban cadidatio interpreta-  
tur et significat christum qui est dilectus cadidus et rubicundus. ele-  
ctus ex milibus. hic occurrit Jacob luctatori contra vicia et ducit  
in domum ecclesie ut perficiat in virtute. Conservat in virtuali salute.  
ibi In domum matris mee **Can. iiii**. Introducam illum in domum matris  
mee ut scilicet ipse tanquam suum filium custodiat **iii**. **Reg. iiii**. dicit de puero  
egrotante. duc illum ad matrem suam. unde ergo Apprehendam te. ubi non est  
liberatio a peccati seruitute. Circa quod notandum quod christus apprehen-  
dit amicum suum ut ipsum educat a peccati miseria **Jere. xxxi**. Appre-  
hendi manum eorum et eduxi eos de terra egypti. Egiptus interpretatur  
tenebre et significat peccatum quod facit animam tenebrosam. de hac terra  
egypti dominus amicum ducit et vincula prauitatis dirumpit **Psal.**  
Eduxit eos de tenebris et umbra mortis et vincula eorum dirupit.  
Secundo apprehendit ut ipsum sustentet in carnis angustia. **ysa. xlv**.  
hec dicit dominus christo meo cyro cuius ego apprehendi dexteram ut subici-  
am ante faciem eius gentes Cyrus hereditator interpretatur et significat  
unumquemque fidelem qui hereditarie possidet vitam virtuale. huiusmodi manum  
i. opera apprehendit deus ut ipsum in se custodiat et ante faciem eius  
subiciat gentes. i. motus carnis quibus angustia fidelis. **ps.** Sub-  
iecit populos nobis. i. peccata et gentes. i. motus carnis sub pedibus no-  
stris. Tercio apprehendit ut uniret sibi fidelem in amicitia. **ysaie**  
**xli**. Et tu israel serue meus Jacob quem elegi semini Abrahe amicum  
mei in quo apprehendi te unde ut deus appreciaretur nobis factus est fra-  
ter noster apprehendens humanam naturam de semine Abrahe **heb.**  
**ii**. Nusquam angelos apprehendit sed semen Abrahe apprehendit. unde de-  
buit per omnia fratribus assimilari ut misericors fieret et fidelis potest



ad deum ut repropiciaret delicta populi. **hos autem fratres redemit sanguine suo Augustinus.** Multos filios dei fecit vnicus filius dei. emit fratres sanguine suo sic patet p<sup>m</sup>u. **Sequitur scdm. s. 1 ducam** vbi notat profectus in virtute. **(Circa qd notandum qd deus ducit fidelē deifica meditando. Ero. xij. Dominus autēz precedebat eos** ad ostendendū viam per diem in columna nubis et per noctē in columna ignis vt esset dux itineris in vtroq; tēpore scz die ac nocte. vt in his meditare<sup>r</sup> legem dei vnde de iusto dicit ps. **In lege eius meditabitur die ac nocte. (Scdo ducit celica otemplando. Osee ij. Ladao eam. s. per graciā inspirando et ducam eam in solitudi-** nem. s. celestis curie celica otemplando et ibi loquar ad cor eius vt in amore diuino ardeat **hanc virtutē bene sensit anima deuota in Canti. v. Qñ dicebat Anima mea mea liquefacta est vt dilectus lo-** cutus est. **(Tercio ducit celestia degustando deuto. xxxij. Dñs so-** lus dux eius fuit et nō erat cum eo deus ali. **Constituit eum super** ex. ter. vt come. fructus agro<sup>r</sup> xē. sic patet scdm. **(Sequitur ergo** terciū. s. **In domū matris mee vbi notat conseruatio in salute. (** Circa qd notanduz qd ē dom<sup>9</sup> exterior materialis ecclesie gentis deuotantis **Jo. ij. Nolite facere domū patris mei domū negociati-** onis. **In hac domo ē diuina clementia collaudāda per iubilatiōis** leticiā. **Nec. xij. Steterūtq; duo chori laudantiū in domo domini** scz chorus viro<sup>r</sup> et mulierū. **Est etiā diuina clemētia in hac domo** adoranda per deuotionis abundantia vnde dixit dauid. **ij. & vij. domū edificabo tibi ppter ea inuenit seruus tuus cor suū vt oraret** te. **(Est etiā in hac domo diuina clementia. meditando per affecti-** onis diligentia. **deuto. vi. Sedēs meditaberis in domo. (Scdo** dico qd est domus interior spiritualis oscientie contēplantis. **he-** bre. iij. **Christus tanquā filius in domo sua que domus sum<sup>9</sup>nes** fiducia et gloriā spei vsq; ad finē firmā teneamus. **Et hec domus** esse debet munda castitate **ij. Mach. xij. Tu domine vniuerso<sup>r</sup>uz** qui nullam habes indigentia voluisti templū habitationis tue fie- ri in nobis et nunc sancte scō<sup>r</sup>z omniū domine cōserua domū istā impollutā que nuper mūdāta est. **debet etiā hec dom<sup>9</sup> esse ornata** caritate. **Eccl. xxvi. Sicut sol oriēs mundo in altissimis dei sic mu-** lieris bone spēs in ornamentū domus sue. **debet nihilominus esse** hec domus sancta puritate. **vñ ps. domū tuā dñe de. san. In ista**



aut sanctificatione hec dom⁹ oꝝ stabili⁹ pmanere. vñ dixit Judith  
orans ad deū. Judith ix. In corde meo consiliū meū corroboꝛa vt  
dom⁹ tua in sanctificatione permancat. Tercio dico qd est dom⁹  
inferioꝛ ecclesie militantis puerbi. ix. Sapientia edificauit sibi do-  
mum. excidit colūnas septē In hac domo est sedendū in sanctifica-  
tionis opulencia Jo. xi. Maria autē domi sedebat. Est etiā in hac  
domo māducanda sacre cōmunionis hostia ps. zelus domus tue  
comedit me. Est etiā lectus in hac domo quiescēdi in cōtemplatio-  
nis eminentia Sap. viij. Intrās in domū meā conquiescā cū illa.  
s. sapientia. Osee. i. Quiescere faciā regnū dom⁹ isrl⁹ qd interpreta-  
tur dei visio scz in cōtemplatione. Quarto est dom⁹ superior eter-  
nalis ecclesie triumphātis Jo. xiiij. In domo patris mei māñones  
multe sunt Ista est diues sanctitate. ps. Glōria ⁊ diuicie in domo  
eius Est etiā pacifica trāquillitate Eccle. xliij. Hoies diuites in di-  
tute pulcritudinis studiū hñtes pacificātes in domib⁹ suis. Est eē  
leta iocūditate. ps. Qui habitare fa. ste. xē. Itē Alius bmo